

Card. Ascanio Colonna,
Orazione funebre per Filippo II.
1599.



BIBLIOTECA PATETTA
Op
Cinq.
44
UNIVERSITÀ DI TORINO

quod dicitur in ceteris. in ceteris
et dicitur in ceteris. in ceteris
et dicitur in ceteris. in ceteris
et dicitur in ceteris. in ceteris

CNCEφ12821



[Faint, illegible handwritten text at the bottom of the page]

Supplicatio ut precipitur, delect. p. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

ASCANII.S.R.E.DIAC.
CARDINALIS COLUMNAE

ORATIO

IN FVNERE

PHILIPPII.CAT.^{CI}

HISPANIARVM, ET INDIARVM
REGIS POTENTISSIMI.



ROMAE, ex Typographia Nicolai Mutij M. D. I C.



ASCANII. S. R. E. DIAC.

CARDINALIS COLVMNAE

ORATIO

IN EVANGELIO


PHILIPPI. CAT.

HISPANIARVM, ET INDIARVM

REGIS POTENTISSIMI.



ROMAE, ex Typographia Nicolai Maffei, D. C.



PHILIPPO III.
CATHOLICO

HISPANIARVM, ET INDIARVM
REGI POTENTISSIMO

1549

ASCANIVS S. R. E. DIAC.
CARDINALIS COLUMNA P. F.



VI lachrymas in
Serenissimæ An-
næ Austriacæ pa-
rentis tuæ funere
Salmanticæ effusas, coniugi Phi-
lippo Hispaniarum Regi secun-
do consecraui; idem eiusdem
Philippi obitu fluentes, tibi Ro-
mæ eadem nunc pietate dedi-
co, illius, & nominis hæredi, &
virtutis. Vt meæ olim eas addi-

ctæ

etæ indices voluntatis, sic has in
posterum, & pij doloris testes,
& grati animi monumentum.
Triste quidem, vt primum, tibi
obsequij munus oblatum; debi-
tum tamen, vt extremum, Phi-
lippo, pietatis officium. Atque,
vt tunc ab immortali DEO Sal-
manticæ precatus, vt de illo iam
senescente dicendi læta aliquan-
do offerretur occasio, id sum nō
multò post in Complutensis A-
cademiæ theatro, consequutus;
sic spero, fore, vt, sicut tibi in
isto ætatis flore nunc mœrenti il-
lachrymor; sic aliquando trium-
phati possim plausibus gratulari.



I iure vniquam fuit mortalibus
tributus dolor, meritò Philip-
pi Secundi Hispaniarum Re-
gis Catholici funeri tribuen-
dus; si iustæ vniquam virorum
oculis lachrymæ, iustissimæ,
dum iusta iustissimo Regi per-
soluuntur; si mœrore, luctu, lamentatione, vni-
quam mortalibus fuit in hac vita parentandum,
id in vnius Regis morte nunc contigit vniuersis.
Meritò Philippi morte, quo defuncto omnes no-
bis videmus Regias ereptas virtutes, noster auge-
tur mœror. Nam quantum aliorum mortalium
Christiana morte, Christianus leuatur, atque refi-
citur animus; tantum in Regia Christianis erep-
ta virtute, probi iactura Rectoris, iure rectè sen-
tientium animi perturbantur. Nihil certè eius
causa est, quod lugeamus; sed totum nostra causa
est, quod dolemus. Patere igitur, defuncte Phi-
lippe, Rex omnium, quot sunt, & quot fuerunt,
maxime; nos, dum de tua cælesti fœlicitate mœ-
rentes gaudemus, te nobis ad cælos ereptum,
dolentes in terris Regem deplorare. Patere, iu-
sto, heu, nouas mihi excitari lachrymas dolore; &
dum effusas Salmanticæ in Serenissimæ Annæ Au-
striacæ coniugis tuæ funere tibi dicatas recordor,
patere tandem, hoc à me tibi iure debitum ex-
tremum obsequij munus pio luctu, mœrore, la-
chrymis renouari. Noster augeatur dolor, au-

2
geantur lachrymæ præsentēs, præteritis mistæ; si
maiore à me nunc tibi debita pietate Romæ con-
secrantur. Utinam quantum mihi doloris Phi-
lippi mors affert; tantum eloquentiæ in eius fu-
nere celebrando, mea nunc afferre posset oratio:
vt par acerbitati, dignitatiq̄ tantę, pietatis mu-
nus, qua decet, dicendi copia solueretur. At si
minus idonei ad regias celebrandas laudes su-
mus; ad lachrymandum certè memores videamur:
vt quod orationi deest eruditionis; defuncto
persoluator, quod superest voluntatis; ac
quantum ei debeamus, eo quo possumus, litterarum
testimonio, posteritati declaremus. Cum nihil
neque ad benemerentis laudem præclarior, neque
ad memoris animi testificationem aptius, neque
ad beneficientis memoriam testificandam stabilius
adhiberi, aut excogitari, possit. Par certè
est, Philippe, soluendi tibi, quod debet, animus;
fiducia impar perueniendi, quò vocor. Sed si
quantum eius benignitas leuat; tantum audientium
iuuerit beneuolentia; internus adiutus lachrymis
dolor, noster vestris confociatus gemitibus mœror
efficiet, vt si indignum sit maiestate tanta,
quod dicimus; commune saltem debitum agnoscat
mœroris, quod dolemus: dum Philippi laudibus
non minoris gloriæ futurum intelligent omnes,
in morte oratores pares non habuisse, qui dicerent;
quam in septuaginta annorum vita eius erit futuro
nomini gloriosum, præclara
adeo

adeo virtutis facinora gessisse; vt omnium nationum historici semper habuerint, laude digna posteritati, quæ scriberent: cum nulla fuerit virtus, nulla in eius vita, pars reperiatur ætatis, quæ ab ipso egregiè non fuerit aut maxima ornata gloria, aut summa illustrata virtute. Humana, fragilis rerum natura, lubricus, & inconstans rerum terrestrium status, misera, & fluxa mortalium conditio, dum Solis accessu, siderum motu, ventorum impetu, aquarum cursu, frigida calidis, humida siccis, necessaria naturali quadam contentione, ortu rerum, & interitu, æterna prouidentia gubernantur, ita nostram infirmam, ita cœcam cognitionem redderent, nisi diuino afflante splendore acies ingenij nostri illustraretur, vt tantis ærumnis humana mens oppressa in præceps rueret; ni pariter supremæ semper potentiæ vi, ratione, & virtute vallata regeretur. Quo diuino beneficio adiuta immoderatas primum affectiones temperat, mala superat, bona prosequitur, virtutes colit, vitia detestatur; & ex infirmo fortior iam factus humanus animus, terrestria gubernat, ad cælestia aspirat, dum alios regens supremi imitatione Rectoris prouidè cuncta disponit, & moderatur; Hinc Religionis cultus; hinc excolta liberales artes; hinc ortæ leges; hinc reges à Deo eius ministri, asserente Paulo, ad communem vtilitatem hominum constituti; hinc fœlix è misero tandem mortalium status. Culturæ

Mortalium Status.

Rom. 13.

idonea certè sunt humana pectora, vbi à mortalibus fata virtutis femina fructus pariunt immortalitate dignissimos; alterius tamen auxilio egent, vt colantur; alij corpora, ingenia alij in humana Republica exercean necesse est. Sed quàm fertilis campus sit ad vberes segetes humanarum omnium vtilitatum populis gignendas, Regis, si regius animus, in ereptis nobis regijs Philippi virtutibus, vna mecum nunc diligenter attendite. Carolum Quintum Romanorum Imperatorem Philippus parentem habuit, quò cum nullus vnquam potuit, aut animi virtute, aut victoriarum gloria, aut famæ celebritate conferri. Quod dico, non eo vt externis bonis, maiorum suprema nobilitate, imperij summa magnitudine, egregijs patris virtutibus præclaræ Philippi laudes meritis augeantur: minorum hæc principum ornamenta sint: sed ob id dico, vt summi comparatione parentis Philippi gloria clarior elucescat. Vnus hic post homines natos extitit Philippus, qui cum se ad exemplum Caroli in omni ætate, domestica allectus virtute, educatione parentis instructus conformaret; seque ipse vinceret beneagendo, egregiam adiuuante naturam imitatione; id tandem consecutus est, vt nulla esset in parente virtus, quæ non in filio pariter emereret. An verò prudentia Caroli maior, quam Philippi? an virtus? an pietas? an iustitia? an bene-

Carolū V.
parentē ha-
buit.

beneficentia? an tandem animi magnitudo?
 Quæ si in illo maxima omnia fuerunt, in hoc
 communi omnium opinione summa existiman-
 tur. Quas ob res si eum fuisse Carolum, qui à
 nemine vnquam vllò rerum genere victus, om-
 nes diuina prorsus animi virtute deuicerit, glo-
 riosum est, & ad Philippi nominis immortalita-
 tem præclarum; genuisse filium, qui vnus in-
 ter mortales posset summo cum Imperatore
 parente rebus omnibus comparari; Carolo
 quoque id erit Imperatori inter alia suæ glo-
 riæ ornamenta gloriosissimum. Quæ certè ne-
 que Carolo, neque Philippo quicquam detra-
 hunt, sed pariter amborum gloriæ signa non
 illorum sed aliorum apparebunt comparatione
 maiora. Cum ab utroque splendore virtutum
 quantum ad gloriam Regis filij manat, tantun-
 dem ad patris Imperatoris accedat. Sed in-
 terna iam, & si puerilis adhuc Philippi virtus,
 externas, & si hæreditarias parentis laudes recu-
 sat, & efflorescentis spei iam data indicia præcla-
 ra, ad solidiora virtutum ornamenta reuocant o-
 rationem. Vt opimus ager, incultus, atque ne-
 glectus, quò fertilior illius gleba est, eò magis
 agrestium plantarum vastatur asperitate, ni cul-
 tura fertilis reddatur; ita ferax potentia regius
 adolescentis animus, nisi bona educatione colit-
 ur, quo fœlicior illius ingenij indoles est: eo plu-
 ribus, ac tetrrioribus vitijs obruitur. At si Christia

Pueritia.

Bona edu-
catio.

Adolescen-
tia.

na pietate cultus, subactō, & præparato virtutis
femine satus, vberes vtilitatis, & gloriæ fructus
quamprimum Christianæ Reipub. pariat, necesse
est. Hisce pietatis præceptis exulto Philippi
pectore, christiana augetur cum corpore pietas;
omnium oculis ardor virtutis, & gloriæ patescit;
decus oris, & corporis, imaginem ingenitæ virtu-
tis, atque honestatis suspiciunt vniuersi; ætatis
robur, non voluptatum illecebris molliri, sed re-
gijs exercitationibus confirmari, ad cœlum sum-
mis laudibus extollunt; lucem regalis ingenij,
continuo virtutis splendore inflammari, ad hone-
stas omnes disciplinas, lubricam ætatis cognitio-
nem confirmari prædicant; mores in tanta ætatis
teneritate graues, ita tamen regia comitate tem-
peratos, vt omnes pariter non minus ad sui amo-
rem concilient humanitate, quàm à culpa maie-
state cohibeant, summopere laudant; & tandem
in iplo ætatis flore maturam prudentiam, & vsum
virtutis omnes admirantur; sic inhonesta, supe-
rans virtute, ad gloriosa, factis contendens ado-
lescens; in perturbationes humanas dominatur.
Stabilis hæc sola bonorum possessio est, in quam
miseria, casus, fortuna, mortalis demum nil po-
test calamitas, sed à temporis diuturnitate, qua
orta omnia intereunt inuicta permanens, perpe-
tuæ gloriæ florens fama, fructus parit in hæc
mortalitate immortales. Hi sunt proficui cultu-
ræ regalis pectoris partus; hæc bene educata re-
gia

gia mente dignæ exercitationes; hoc à Deo beneficium concessum mortalibus singulare. Foras erumpunt iam regales spiritus; angusta ad gloriam Hispania; omnium sermone, & fama celebrantur; clara iam omnibus Philippi virtus clarior elucescit; gloriosum lumen Austriacæ gentis reges omnes cum videant, sui famam nominis, Philippi coniunctione auctam, maiorem posteris reddere conantur. Id præ cæteris optat Ioannes Lusitaniæ Rex sapientissimus, id curat, id meritò inter cætera concupiscit. Austriacos nouerat in Catherina coniuge, Caroli V. sorore spiritus, pietatem nouerat, nouerat virtutem; nouerat quantum honoris, quantum vtilitatis, quantum firmitudinis, Philippi coniunctio sibi, Regno, & posteris esset allatura. Quod cum Regina communicans, auctum approbatione desiderium Imperatori à sorore declarandum curat, quo facilius suæ voluntatis compos redderetur. Fauet sororis precibus Imperator, annuit votis, fœlix tandem in patriam nuntius reuertitur. Ioanni id sibi gratum Carolus nuntiat, amorem amore, affinitatem affinitate, ac veterè noua sanguinis coniunctione confirmari, sibi quæ iucundum accidere, quod speret nuptias non minus vtrinque fœlices, quàm vtilis posteritati futuras. Nil ardentius Carolus optabat, quàm Philippi in Regno iam natos videre successores; quò, & ipse facilius posset, nouas contra Christianam Religionem

Nubit Regis Lusitaniæ Filia.

nem in Germania, & Flandria furentes excita-
 tas flammæ sua præsentia restinguere; pariterq.
 posset Philippus, non minus omnibus fortitudi-
 nem in bello, quam in pace virtutem demonstra-
 re. Sciebat enim rei militaris peritissimus Impe-
 rator, tam opportunam bellis præsentiam prin-
 cipum, quam magnis opportunos conatibus trā-
 situs rerum. Regia dignæ maiestatis nuptiæ Sal-
 manticæ solemniter, & pompa celebrantur; vni-
 que lætantes nuntij, vndique maximus primo-
 rum concursus. A Philippo Maria coniux excipi-
 tur, coniugalis non minori significatione amoris,
 quàm supremæ regali demonstratione maiesta-
 tis. Obedientiam parenti filius, obsequium so-
 cero gener, reuerentiam amitæ nepos, amorem
 coniugi coniux, vrbane omnibus princeps,
 & comitate rependit, & auget maiestatis. Amatis
 munia, & principis exequitur: militaribus exer-
 citationibus, regijsq. curis exequendis exer-
 cetur: Lusitanis se comem, gratum se omnibus præ-
 bet, gratum terris, gratum cœlis matrimonium
 agnoscitur; dum fructus in ætatis amborū con-
 iugum flore tam cito sancta matrimonij coniun-
 ctione percipitur. Dat natum coniugi Carolum
 Maria, animam cœlis, eadem, qua vixit, sanctita-
 te vix enixa moritur. Lætitia nati leuatur paren-
 tis animus: coniugis morte augetur amantis do-
 lor: mœrore tandem regia leuatur mens, dum
 æternam à Deo dari coronam coniugi sperat: na-

Salmantica
 rupti cele-
 brantur.

Caroli or-
 tus, & Ma-
 riæ obiit.

tum

9
tum perpetuum præteriti amoris pignus con-
templatur: felicitatem miseriæ, lætitiã dolo-
ri, morti vitam obnoxiam intuetur; mortalium
denique plausus tam regijs, quàm priuatis ho-
minum lachrymis in hac vita miscentur. Mili-
tari gloriæ parentis æmulus Philippus, firma-
tam prole successionem, auctos solutis matrimo-
nij vinculis iuueniles ausus Carolo scribit; nil
optare iam se in hac vita vehementius, quàm vt
obedientiam, quam patri, vt filius in pace exhi-
buerat, pari obsequio, vt miles præstaret impe-
ratori. Exhilaratur Caroli militaris animus:
Philippo respondet, se non minus iucundè in e-
xercitu illum visurum, vt militem, quàm vbiq̃
semper, vt egregium filium charissimũ habiturũ;
Germaniæ bellis implicitum non minus se ab
eius præsentia auxilium sperare, quàm dum ab
Hispania abesset, ex eius prudentia leuamen sen-
tiret. Dum patris iussis obtemperat, iuuat mili-
tibus, armis, argento Carolum Philippus: quò
facilius, vt fecit, Carolus posset Germaniæ Pro-
testantiũ impetus reprimere. Ex Hispania sol-
uit, in Italiam venit: eamq̃ sui luce splendoris
illustrat: ad patrem pergit, parentis maxima a-
moris beneuolentia excipitur: omnium applau-
su, totius Belgij successor à Carolo declaratur.
Parenti assistit: in Germaniam cum patre profi-
ciscitur, ad gubernandam Hispaniam tandem
reuertitur. Interim Carolus magna sui fama no-

Ad patrem
per Italiam
in Germa-
niam profi-
ciscitur.

In Hispa-
niam reuer-
titur.

B

minis

Anglorum
Reginæ ma-
trimonio
iungitur.

Regnò à Pa-
tre suffici-
tur.

minis post Germanorum impetus fractos, & captos Duces, Mariæ Anglorum Reginae Philippum matrimonio iungit, vt noua potentia Germanos, & Flandros posset facilius in officio continere, Angliam in verum Catholicæ Religionis cultum restituere. Summa Christianorum ferè omnium lætitiæ nuptiæ celebrantur: antiquæ renouantur in Anglia Christianæ munia Religionis: ad pristinum omnia summa tranquillitate, summa omnium voluptate reuocantur. Carolus Philippo regna cedit: se ipso maiorem in cecidendo, quàm ceteri se mortales in acquirendo demonstrat. Post militares egregios tot exantlatos labores defessis in bello viribus Philippi efflorescentis spiritus substituit, vt nouo Orbi succederet nouus Atlas. Verùm ægris oculis aucta aliorum potentia semper inspicitur; æmula potentiæ gloria, æmula virtutis, & cum dari à Deo virtuti regna cernuntur, quocunque iure debita regnis, à regibus vindicari curantur. Antiqua Gallorum regum, Mediolanensis Ducatus, & Regni Neapolitani iura armis vindicantur. Potentia resistit in Italia Philippus, vt sua in Gallia præsentia posset ea præbere signa fortitudinis, quæ à parente non aliena, antiquæ essent Hispanicæ, & Gallicæ virtutis æmulatione dignissima. Ingenitus genti bellandi ardor, ingenita virtus, ingenita fortitudo non nisi armorum, aut gloriæ contentione perspicitur; aut pace, aut ferro,

ferro summorum Regum controuersia dirimuntur; paci bellum, bello pax obnoxia: vincere proprium fortunæ, bellare potentia: inuictum animum, non minus victum, quàm victorem ostendere, egregium hoc proprium regalis monumentum virtutis. Validum summa celeritate sibi exercitum comparat Philippus; strenuam militum manum anteire iubet, summa cum festinatione profequitur: suorum fortitudine, magna prius pars hostium capta, pars fugata: Sancti Quintini arcem aggreditur, eamq. diu obsessam, bellicis tormentis admotis, continuo sex dierum spatio fortiter expugnat. In ipso tormentorum fragore, armorum strepitu, militum clamore, inter cedes & vulnera, vt fortitudinis plura, clementia pariter non minora signa dedit Philippus. Sed illud huius loci proprium inter alia eius gloriosa virtutis facinora, quod celebretur, pietatis. Templum Sancto Laurentio sacrum, haud satis insignne hac dirutum oppugnatione. Quo audito regius commotus animus, quasi belli immemor, memor religionis, Hispano Dei Martyri vouit, se quamprimum aliud in Hispania, qua par erat, ei regia maiestate dicaturum. Stupet admiratione tantæ rei percussa mens, & ipsa mea insolito quodam regis christianæ pietatis splendore perstricta hæret oratio; dum in hac tam pia, religiosa, ac præclara cogitatione defixum Regem armatum contempletur. O religiosum Philippi

S. Quintini
oppidum
expugnat.

Insigne pietatis
specimen.

animum: ò diuini numinis numquam auditam
 reuerentiam; ò pietatem egregiam, & his mise-
 ris christianæ reipublicæ temporibus inusitatam.
 In trophæis ceteri Imperatores de debellatis ho-
 stibus bellicæ laudis gloriæ titulos immortales
 collocare nituntur, in arcus sibi dicâdos, præcla-
 ra monumenta victoriæ, in statuas posteritati cō-
 secrandas animos, mentesq. conuertūt; vnus Phi-
 lippus nulla horum, vnus tantum pietatis, ac re-
 ligionis habita ratione Sãcto Laurentio augustis-
 simum templum in Hispania se erecturum vouet,
 ad celebrem sui nominis memoriam sempiternã.
 In obscura hac nostra mortaliũ nocte, illustris ad
 cœlum tua virtus eousq; peruenit, vt meritò iam
 Soli, Philippe Rex omniũ potētissime, cōpareris:
 cum siue ille oriatur, siue occidat, in tui imperij
 ditione, & ortus illius incipiat, & terminetur oc-
 casus. Magna Sol cùm in ortu, tum in occasu, ma-
 xima in medio diei cursu, suo nobis splēdore pro-
 pinquior operatur, & perficit: cuius temperatio-
 ne calor tepefacta femina, affluentem mortali-
 bus afferunt frugũ vbertatem. Tu magna in pri-
 ma, in extrema maiora, maxima in media ætate,
 hodie maturata religionis æstu, vel in medio ipso
 armorum fulgore clarissima præ te tulisti pieta-
 tis indicia: vt cœlitus in te sparsa diuinarum fe-
 mina virtutum in medio certamine, & augustissi-
 ma terris templa, & vberes cœlo pariant fructus
 sanctitatis, & cæcutientes mortales præclari iam

tui

tui illustrent charitatis ardores. Posteris ad honorem virtutis illustratum sanctissimum religionis nomen egregia Philippi pietate, ad similitudinem celestium syderum vndiq; emicante virtute, non minus oculorum intuentium, quam mentis aciem perstringens, inusitato pietatis pariter, atque prudentie splendore, eius famam nominis, eius virtutis gloriam, omnem eius denique vitam videtur illustrare. Singularem Numæ religionem fastosa nobis obiectat antiquitas, qui primus hominum societatem non tam moribus, quam religione sapiens, animos imperitorum ad Deorum cultum à vitæ prauitate conuerterit. Sed callidus ille potius, quam pius, qui maiori studio fictam pietatem in efferatos populorum animos, quam veræ religionis ritus, ac ceremonias induxit: Pius, ac tantò religiosior Philippus, tantò puriori animi ardore veram religionem coluit, pietatem auxit, vtramque christiana prudentia custoditam armis propagauit. Comites hæc inuicem sunt, ac sociæ vnà iure perpetuò florentes virtutes, vt recta nulla sine pietate prudentia, nec utilis vlla sine prudentia pietas, sed vtriusque vitanda inscitia, fugienda calliditas: cautiorebus ne quispiam vtetur consilijs, cuius animo longius absit ardor pietatis? an rectè pius sine prudentia gubernabit? cum hæc vna efficiat, vt sine ipsa virtus nulla consistat? Merito igitur Philippus suas omnes actiones

Pietas.

Numa.

Prudentia.

sem-

semper pietate illustratas prudentia confirma-
 uit, non minus virtute potens, quàm pietatis a-
 bundans: bonorum in eo omniũ vota complen-
 tur, dum eius prudentia, temperari castra tem-
 perantia vident, ornari fora virtute, pietate tẽ-
 pla confurgere, omnium mentes, omnium voces
 Philippi laudibus consecrantur: parta custodiu-
 tur imperia, auita firmantur, noua tandem pio
 Regi vltro à Deo regna traduntur, cum regantur
 pietate, prudentia seruentur; à tanto demũ Re-
 ge gubernari cuncta cum videant, omnia optant,
 vt regat; cum plena pietatis, plena virtutis, ple-
 na prudentiæ, meritò omnes cuncta sperent, quæ
 rexerit. In supremo militaris gloriæ, & pieta-
 tis splendore, efferuescentis Philippi lux ardoris,
 orbitate Mariæ Angliæ reginæ coniugis non ex-
 tinguitur; sed eò ardentius inflammatur, quò hu-
 manis perturbationibus imperans, ærumnarum
 humanarum prouidus, quolibet euentu fortis,
 virtute duce aduersa superans, vel ipsis inimicis
 non minus apparet in calamitate fœlicior, quàm
 in fœlicitate prudentior. In Hispaniam re-
 uertitur Philippus, vt Bœticæ, & Castellæ posset
 contra christianam religionem furentem pestem
 sua præsentia, & maiestate comprimere; dum ad-
 huc latentem non bacchantem cerneret; huic
 tam exitioso malo flammis occurrit; igne omnia
 purgat, perficit potentia, summa prudentia cun-
 cta moderatur; reis supplicium, pœnitentibus ve-
 niam,

Mors An-
 gliæ Regine

Bœticæ, &
 Castellæ
 motus com-
 ponit.

niam, quietem omnibus, pacemq. impertitur.

Interim vt in Italia Gallorum motus componuntur; sic pace in Flandria cum Gallis firmata, summa tranquillitate in pristinum omnia reuocantur. Noua cum Philippo, Elisabetthæ, Henrici Galliarum regis filia, coniunctione, vtriusque regis animi summa beneuolentia nectuntur; Gallorum pacantur motus; Hispanorum sedantur mentes, vt fortes & pronæ ad arma amborum manus, ita ad pacis munia exequenda amborum quoque concordēs fideles dexteræ.

Incluta bellorum gloria, si socia belli temperantia fuerit comes fortitudo: æterna bellorum fama, si bellici ardoris altrix fuerit virtus, auctrix constantia: egregij demum mortales bello efficiuntur, contentione belli magna superantur; si fortitune temperantia, fortuna virtute, cupiditates ratione reguntur, potentia frænantur. Salutare pacis nomē in Principe, ni fœdatum vitijs, clausum pectore bellum conseruetur: at si voluptatibus bellum indicitur, mortalium illustrari gloriam magis pacis tranquillitate, quàm militari potentia non ambigitur. Non minus pace, quàm bello viuida virtus: præsertim si continua æmulatione virtutis, & gloriosa contentione cupiditatum, non tantum in pace pugnatur, sed vincitur. Non minus pacati pacis gloria digni spiritus, quàm famæ capaces militares ausus. Et pace, & bello inclutus quis efficitur: sed virorum & bello,

Pax cū Gallis inita.

Henrici Galliarū Regis filiam vxorem ducit.

In bello virtus.

Alexander magnus .

& pace illustrium ubique semper estitit maxima paucitas. Alexandro illi Macedoni ad totius posteritatis æmulationem à gloriosa græcorum facundia toties decantato illud erat in omni bello propositum, non tam vt gentes immanitate barbaras prælio deuictas cogeret suis iussis parere, quam vt eas Græciæ legibus informaret; vt non defuerint, qui multo foeliciores existimarint eos, quibus in bello captis Alexander imperasset, quã qui, aut fugam arripientes, aut armis obfistentes ab illius imperio extitissent immunes: Philippi vero eò bella spectarunt, eò dirigebatur industria, vt gentes in crassissima rerum diuinarum ignorantia versantes, bello domitas, ad diuini numinis cognitionem traduceret, Christianæ religionis præceptis instrueret, si quid esset dissolutum, sanctissimis legibus deuinciret. At Alexander, ubi exarsisset, nec dilatio vltionis, nec modus erat. Philippus militarem furorem, & temperantia cohibuit, & pietate vicit; & vt ille gloriam in bello adeptam, in pace effudit; ita hic nominis famam armorum virtute partam pacis temperantia superauit. Egregia belli facinora militari licentia obscurantur: cum assiduè dimicantibus difficile sit pacatam morum custodire mensuram: & quidquid pugnando acquiritur, cedendo voluptatibus deteratur: & qui armis vincunt, turpius à vi-tijs vincantur. Præclara monumenta pacis internis cupiditatum bellis consumuntur: cum pa-

In pace temperantia.

ce armis parta à militari robore, & virtute deficiant assuetudine voluptatum; & niuibus, & montium anfractibus, & ferro indomiti, otio, delicijs effæminentur. Nec minus pacis, quàm belli gloriam vitijs obrui, tam proprium mortalibus, quàm bello, & pace gloriosum semper fuisse Philippo tantùm in maxima omnium potentia, in omni vita, in omnium animis, cunctis, apparebit mortalibus singulare, cum in bello nil aliud ei esset propositum, quàm pacis, quàm concordia, quàm otij, summa tranquillitas; nec aliud præclarius in pace tentarit, quàm honesta bella, iusta, gloriosa, plena religionis, plena iustitiæ, plena pietatis. Indos quoties, si à Christo defecissent, statim ad Deum quanta vigilantia reuocandos? si numquam agnouissent, quanta pietate Christianæ fidei præceptis imbuendos curauit; vt ab inscitia tenebris, ad veritatis lucem euocaret; & à crudelis Dæmonis dominatu ereptos, suauissimæ Sedis Apostolicæ potestati subijceret? O verè Catholico Rege dignos labores: ò præclaras, & foelices victorias, quæ, & victori immortalē gloriam, & victis æternam salutem afferebant. Argentum, aurum, gemmas, quicquid pretiosum, quicquid pulchrum, quicquid tandem regia maiestate dignum inde afferebatur, Deo, Templis, bellicis alendis sumptibus, contra Christiani nominis hostes, regali munificentiâ erogatum, eius famam nominis, eius libera-

Indos Christiana fide imbuendos curat.

litatis magnitudinem reddunt immortalem. O beatas opes, ò fortunatas diuitias, non ministras sceleris, sed altrices virtutis. Barbaros Turcarum furores Melitam Italiæ finitimam insulam, celebre totius Christianæ reip. propugnaculum obsidentium; vt disiectis sicut olim è Rhodo, Hierosolymitanorum equitum armis, Italici maris oras facilius possent auida prædonum licentia vexare; suæ potentia classis repressit, obsessos auxilio liberauit. Flandriam à Catholica religione deficientem, Austriacum, foelix, patrium, auitumq; imperium recusantem, hæreticis se fouentem armis, marisq; opportunitate, terræq; situ, obstinata peruicacia belligerantem, quoties benignitate allectam, quoties armorum potentia domitam, ac demum quoties quantacum humanitate, ac fortitudine, & redeuntem excepit, & debellauit superbam? Magnos totius Africæ impetus, Maurorum Granatæ degentium auctos sollicitudine, frequentia, industria, vt patrios ritus à Christiana Religione alienos possent barbara perfidia in Hispania pariter retinere, qua prudentia frænauit? fortitudine vicit? maiestate cohibuit? quæ illæ fuissent furentes flammæ, incendia excitaturæ, ni prouida Philippi celeritas, eas, antequàm latius grassarentur, penitus restinxisset? inutiles populorum lamentationes, si dissidia principis populis permittuntur; non suspirijs, aut querelis flammæ superantur, sed fer-

Melitam
obsidione
liberat.

in Flandriâ
deficientem
pugnat.

Mauros
Granatæ
domat.

ro, & virtute: mala ni prohibeas, ne accidunt,
 postquam euenerint, auxilia inania, frustra con-
 silia expectes. Selimus Turcarum Tyrannus
 Christianæ reip. internicioni intentus ad effectū
 operis, quod diū mente, & pectore volutabat, in-
 gentem multitudinem tormentorum, armorum,
 triremium, nauarchorū, opificum, militum, sum-
 ma potentia, & prouidentia comparauit; vt to-
 tius Christianæ reip. vires impares tantæ poten-
 tiæ; eius viribus, aut resistere non auderent, aut
 resistendo succumberent. Pius Quintus Pontif.
 Opt. Max. ingenita pietate, & in Christianam re-
 ligionem ardore, impendentibus malis vehemen-
 tissimè commotus, Christiani nominis hostiū fu-
 rorem, & potentiam reformidans, anxius curis,
 miseram temporum cōditionem deplorabat: ad
 Deum sui spem auxiliij dirigebat; precibus, ieiu-
 nijs, lachrymis diuinā opem implorabat; vt vin-
 dictæ parcens, misericordia clemens, potentia
 nos sua, præsidioq; iuuaret. Suadere conatur ea,
 qua solebat, Christiana pietate, christianis omni-
 bus Principibus Pontifex, vt societatem ineant
 contra christiani nominis hostem acerbissimum.
 Hispaniarum, Galliarū, & Lusitaniæ Regibus le-
 gatum Alexandrinum Cardinalem mittit; sed ma-
 iore spe, ac fiducia id Philippo per legatum nun-
 ciat. Id pariter Venetis metu mista adhortatione
 suadet. Firmamentum Catholici nominis Phi-
 lippus, leuamen Christianæ religionis, fulcimen-

Selimi con-
 tra Christia-
 nā Rempu-
 armorū ap-
 paratus.

Fœdus in-
ter Piū V.
Regem, &
Venetos.

Nauali vi-
ctoria Tur-
carum clas-
sis supera-
tur.

Pompeius.

Lusitaniam
sibi subijcit

Romanæ Ecclesiæ; & Christianorum calamitati-
bus, & pijs Pontificis precibus opitulatur. Cuius
exemplo pariter motis Venetis, tandem fœdus
inter Pontificem, Regem, & Venetam republi-
cam summa bonorum omniū lætitia perficitur;
Hinc Selimi impetus fracti; hinc Turcarum com-
pressa temeritas; hinc naualis omnium maxima
victoria cōparata; barbarorū hinc tandem auda-
cia superata; hinc Christiana virtus, & fama, Phi-
lippi hinc pietas, & gloria viuit immortalis.
Incredibilis habita est Pompeij virtus, quæ cum
nullus nauigare posset, qui non se, aut mortis, aut
feruitutis periculo cōmitteret, cum referto præ-
donum mari nauigaret; breuissimo tempore affer-
re eam lucem reip. potuit, vt omnibus victis na-
uali bello pyratis, cuique quauis incedendi à præ-
donibus liber aditus pateret: ingentes Philippus
Turcarum, Maurorum, prædonum impetus vsq;
quaque cohibuit, hoc Pompeio maior, quod, quæ
hic præsens, absens ille singulari virtute confe-
cit. Lusitaniam Henrici Cardinalis interitu;
suo; & propinquioris sanguinis coniunctione, &
celeberrimis totius orbis terræ Gymnasijs, debi-
tam imperio declaratam; iustum, & clemens ta-
men eius dominationis regimen ferro recusantem,
quanta fœlicitate acquisitā; vniuersum Hi-
spaniarum imperium pluribus, hucusque subie-
ctum in vnus potestatem redegit? quanta clemē-
tia deficienti pepercit? quanta temperantia fræ-
nauit?



nauit? quanta demum prudentia in ea cuncta di-
 sposuit, cuncta sedauit, & demum cuncta, quanta
 cum celeritate perfecit? Hareat animus, in con-
 ficiendis bellis Cæsaris celeritatem contéplatus,
 vt eum prius hostes cernerent adesse, quàm aduē
 tare audissent, & eodem momento pugnae victor
 existeret, quo ad pugnandum accederet: admira-
 tione defixus obstupescat Philippi virtutem, qui
 Lusitaniam vniuersam firmissimis præsijs muni-
 tã, sui aduentus fama superatam, suo subiecit im-
 perio: vicit hic priusquàm accedens cuncta con-
 spiceret; opus illi fuit, veniret, videret, vt vince-
 ret. Aragoniam, vt sua se libertate defende-
 ret, & antiqua immunitatis iura tueretur, iusta
 Philippi iussa; seditione, tumultu recusantem,
 contra Prorogem, regioſque ministros illam re-
 froenandam curantes, afflicta fide, erecta spe, fu-
 rentem armis, cæde debacchantem, regia cle-
 mentia, abolita tandem memoria coniurationis,
 quanta armorum continentia pacauit, ac quan-
 ta demum legum moderatione compressit?
 Nutantes Gallia intestinis seditionis bellis di-
 uisæ, diuisa plebs, diuisa nobilitas, diuisus se-
 natus, Regiæ diuisæ vires, diuisæ opes, dum
 de Regno pariter, & Religione, animis, & ar-
 mis contendunt, miseram Regni faciem, mise-
 riorem Catholicorum conditionem reddebant
 ni solita religionis pietate commotus, inge-
 nita beneficentia, & auro, & ferro Philippus
 iuuif-

Cæsar.

Aragonie
tumultus
sedat.Galliã inte-
stino bello
ruentem iu-
uat.

Bellum in
Britanniam
mouet.

iuuisset; non vt eorum depressione suum latius propagaret imperium, non vt vrbiū expugnatione, dominium confirmaret, non vt nomen posteris redderet immortale. Quod pace tandem cū Rege, à Clemente Octauo Summo Pontifice, Christianissimo denuntiato confirmata, declarauit, eos tandiū hostes putare, quamdiū auersos, à Christiana suspicaretur religione. Britannia vna sola supererat insula in Oceano mari constituta, quæ vxore obeunte, nec ab eò sanguinis cōiunctione quæsita seruari, nec armorum vi à Regia dextera, rerum aliarum omnium victrice vincimquam potuit. Est illa quidem, & situ maris fortissima, & rerum omnium varietate vberissima, & incolarū multitudine, ac robore munitissima, quæ à Cæsare Romani Imperij fulmine, copijs obfessa, numquam potuit expugnari. Sed nihil horum sapientissimi cuiusuis hominis iudicio obstetit, quominus à Philippo, qui & vrbes, & regna fortissima vicerat, tãdem hæc vna Britannia vinceretur. Illius, illius, inquam, humana omni cogitatione maiora iudicia sunt, cœlum atq; terras intuentis, & regentis Dei, non idèò iniusta, quia occulta, sed potius idèò occulta, quia diuina. Hinc naualis illius exercitus superbissimo delictu, & diligentissima conquisitione vndiq; collecti, catholicorum omnium lachrymis, aduersa, si qua vnquam fuit, maris tempestate, deplorata summerfio. Hinc prædè ex Regijs Indiè thesauris à

ris à Piratis, & Prædonibus terra, mariq; cōfecte:
 hinc non nullæ in Vrbes hispanicas graues, & no-
 xiæ hostium excursiones. Vt enim Soli, vel mi-
 nima alicuius rei vmbra obstat, quominus ab eò
 cuncta colluceant, albescant, & emicent; & vt vir-
 tutum, ac rerum gestarum gloria cum cætera ei
 subiecta concedant, acerrimis vnus inuidiæ
 morsibus agitur; sic inuictæ, ac summæ Regum
 potentix, cum nullatenus à quoquam aperto bel-
 lo damnum possit afferri, eam prædones scelere,
 latrocinijs insequuntur, & quæ possunt, prædari
 conantur. Quo genere pugnandi, si prædari pu-
 gnare est, & aliena prædonum more diripere, à
 regia maiestate non indignum putatur; vt vinci
 inglorium, nec turpe est; sic vincere præclarum
 nullibi habetur, aut gloriosum. Sperandum ta-
 men est, sicut effecit Deus, vt hæc tanta Insula
 sponte nullius coacta imperio, Apostolicæ Sedi
 iam pridem se ipsa subiecerit; sic effecturum, vt
 omni prorsus errore deposito, impietate relicta,
 non regia humana fortitudine, sed diuina clemē-
 tia Romanæ Ecclesiæ restituta, eam, à qua descii-
 uerat, orthodoxæ fidei Religionem, vltro volens,
 ac libens amplectatur. Inter armatas vndique
 strepentes militum turmas, inter stridorem lituū
 tubarumq; clangorem, inter tot bellicos tumultus
 terra, mariq; excitatos, inter tot victorias ab
 hostibus gloriosissimè reportatas præclara mihi
 summæ Philippi iustitiæ lux oboritur, quæ oculo-
 rum

Iustitia.

rum aciem illustrans, & magnitudine sua, me-
 bellicis de rebus meritò nunc Philippū laudare
 cupientem ad se reuocat, nec in tot ipsius mili-
 taris gloriæ laudibus, æterna fama, dignissimis
 diutius, vt par est, patitur immorari. Quo consi-
 lio, proh Deus immortalis, ad salutem, conser-
 uationemq. omnium, quanta cum moderatio-
 ne iustitiam Philippus administrauit? qua animi
 æquitate legibus cauit, & regia auctoritate per-
 fecit, vt pro dignitate ius suum vniciq; tribue-
 retur, recte factis præmia, peccatis supplicia per-
 soluerentur. Quis ager, ipso regnante, vnquam
 fuit militum licentia vastatus? quæ terræ pars,
 in qua summa eius iustitia non fuerit æquè sem-
 per omnibus administrata? quis cuiusuis ille sit
 sexus & ordinis homo affirmare potest, eum iu-
 stitiæ aliquid denegasse, aut dedisse gratiæ: di-
 uitias inopiæ, imbecillitati potentiam, nobilita-
 tem iustitiæ prætulisse? neque enim hominum
 paupertas, neque viduarum solitudo, nec poten-
 tium fauor, nec nobilium splendor, nec præcelsa
 regalis maiestatis sublimitas, nec supremæ po-
 tentiæ amoris vis vlla, à recta vnquam admini-
 strandi ratione Philippum auocarunt? Quo tan-
 dem animo fuit? quam æquo? quam pio? vt ni-
 hil ambitioni, nihil gratiæ nil maiestati tribue-
 ret, ad æquitatem, ad religionem, ad meritum
 semper cuncta referret. Testis est vir omnis reli-
 giosus, testis miles, testis doctus, senatus testis,
 testis

testis princeps, testis demum Romana Apostolica Sedes, testis terrarum orbis, sua ne ipsius voluntate, an alienis precibus, sua cuique virtus, religiosus pietas, militibus fortitudo, doctrina peritis, magistratibus recta administratio, principibus viris cum virtute nobilitas fuerit adiuuato; ut omnibus Rex munificentissimus pro sua cuique meritorum dignitate tribueret. Iustissimum olim atque humanissimum putarunt Augustum, sed iniustus in rem suam aliena conuertit, liberam rempublicam sibi seruientem subiecit, suamque libidinem contra iustissimas matrimonij leges alterius iniuria inhumanus expleuit. At Philippus merito omnium iustissimus celebrandus, atque humanissimus, qui non nisi, quae sibi multiplici nomine deberentur armis recuperavit; tanto Augusto iustior, & gloriosior, quanto nunquam aliena subripere, & suum semper unicuique tribuere, non minus aequum supremo principi sit, quam gloriosum. Epaminondas Thebanis in admiratione fuit, a quo quam ei dederant seruientem, imperantem patriam accipere; ambiguum meliorem, an fortior imperator esset in aduersa fortuna moderatè ferenda constantissimus. Quid Philippus? Hispaniam varias diuisam in partes, a maioribus acceptam, vnius potestati subiectam, pacatam suis, Catholicamque reliquit; incertum sanctior ne Rex, an potentior extiterit, eò Epaminonda maior, quò plures reperiens patientes in infima, quam in suprema for-

Augustus.

Epaminondas.

Sap primo.

Eccl. 16.

Difficilis
Virtutum
concentus.

tuna temperantes. Nec mirandum cuiquam, si Philippo in recta Regni administratione vna hæc præclara iustitiæ virtus, atq; immortalis proposita, & sedem sui imperij firmissimis præsidij obfirmarit, & ad gloriæ immortalitatem aditum patefecerit; cum regale solium iustitia muniatur, & ea duce virtutes omnes vnà cum perenni vita immortalé gloriam consequantur. Cohibuit se quispiam interdum ab intemperantia, sed regius vrbauitatis splendor, fera quadã animi immanitate delituit: foris alius rerum gestarũ gloria se ipse mortalibus patefecit, sed domi inertia deditus cecidit cupiditatum lenocinijs irretitus: victor ille redijt ex bello, sed Tyrannidem occupauit; rerum æstimator hic iustus est, sed in multorum calamitate crudelis; beneficus alius suis facultatibus cæteris subsidio venit, sed prodigus in id, quod minimè deceret, sua bona profudit. Neminem ferè demum reperies, cuius virtutes non obscurentur turpitudinis maxima cõiunctione; temperantia, immanitate; forensis gloria, domestico dedecore; victoria, Tyrânide; iustitia, sauitia; effusione, liberalitas; sic egregiæ animi virtutes sæpissimè vitijs commutantur. Solus Philippus meritò omnium laudum genere dignissimus: qui ita se in omni virtute exercuit, vt nullis vnquam potuerit voluptatum illecebris deliniri: ita foris æterni nominis famam sibi comparauit, vt gloriam domi clarius illustraret; ita hostes deuicit,

uicit, vt non maiore fortitudine, vel in ipsa victoria, quàm clementia vteretur; ita in omni vita iustitiam coluit, vt penitus scuitiam ignorarit: ita demum beneficentiam prudentia libravit, vt ab illo benemerentibus tantum, laborum præmia redderentur: cuius regio in pectore numquam inde discessuræ omnes enumeratæ virtutes augustissimum sibi in terris domicilium collocarunt.

Augusta Philippo facies, iucundior modestia maiestatis; corporis forma liberali, & honesta, animi pietate ac religione pulchrior; viribus potens, facilitate clarior; nemo tantum voluptatibus, quantum hic vel in ipsa fuit adolescentia temperantiæ deditus; efferati iuuentutis impetus, morum hic eximia comitate compressit; ad potetiam inconstanti aetate cæteri, ad animi hic moderationem oculos mentemq; conuertit; alijs senescentibus frigescit virtutis ardor, huius pietate ardētiores exiliunt spiritus senectutis; diues affluentia rerum, virtutum omnium vbertate ditissimus; nullus sic aliorum animos seueritate perterruit, vt hic vniuersos benignitatis clementia sibi ipse deuinxit; plures pluribus in locis bellarunt, vnus hic vbiuis gentium, militares hostium impetus ferociamq; confregit; imperium alij religione neglecta tuentur, vt prorogent, hic vt eam custodiret, suas omnes semper imperij opes effudit atq; consumpsit; sequitur insolentiam foelicitas; hunc est mansuetudo foelicitissimum consecuta; comes est fortunæ

Animi, &
corporis li-
neamenta.

appolig
-ty duno
-mimo

arrogantia, hic in summo imperio continentiam retinuit: iusti aliena in re iudicanda perpauca, hic cum in sua, tum in alienae causae iudicio iustissimus. Obfuit pauperibus principum inexplebilis cupiditas, omnibus profuit Philippi regia liberalis gratificandi voluntas: virtute demum alius in alia, hic in omnibus simul vnus, omnium clarissimus enituit: rebus his omnibus, quas natura mortalibus benignè elargitur, magnus certè Philippus: virtutum ornamentis maior, pietate tandem, Regum quot sunt, & quot fuerunt maximus. Quæ cum ita se habeant in omnium animis Regia Philippi virtus hærebit infixæ: illius nomen posteritas omnis immortalitati cōsecrabit: qui vel in ipso efferuescentis ætatis flore perturbatos animi motus prudentia represserit, contēptione sola voluptatis, contentione virtutis; cupiditates rexerit continentiae legibus, in omnium maximo perturbationum concursu terrestria hæc bona, quæ cæteri admirantur, tanquam fluxa, caduca, ac inania contempserit: qui incredibili cōtinētia in suprema imperij fortuna, animi moderatione in summa ætatis licentia; vitæ integritate, pietate, religione Deo firmiter adhæserit, & huic sanctæ Romanæ Sedi perpetuò obsecutus, eam laborantem opibus iuuerit, copijs munierit, omniq; Regni sui potentia confirmarit. Cū omnes suas opes, & vires effuderit, vt inimicorum religionis in nos irruentium impetus cohiberet,

frana-

Epilogus
omniū vir-
tutum.

frænaret audaciam, nefarios conatus retunderet.

Prædicabit Philippum in omnem æternitatem terrarum orbis vniuersus iustitiam summa animi æquitate administrasse, sustentasse agentes; patuisse omnibus illius benignitatis aures; benemerentes muneribus amplissimis exornasse; improborum contumaciam compressisse, cessisse, ipso regnante, virtutibus vitia, rationi libidinem, vim æquitati. Celebrant alij Philippe Imperij tui magnitudinẽ, cœli potius, quàm terræ regionibus terminatam, varias suspiciãt. cœli inclinationes Zonas, Littora, oras, terræ immensitates, nomina demũ, nec vlli vnquã nec cognita, nec scripta commemoræt regna, & gentes lógo à nobis terræ, marisq; tractu diffiuctas, tua virtute deuictas, religione excultas: admirætur numerosissimas copias, validissimas classes, instructissimos exercitus nõ minore facilitate cõquisitos, q̃ regali per varias gētes prudētia ductos: narræt demũ bella, victorias de Turcis, Mauris, Indis, Fládris, Lusitanis, Celtiberis, Gallis reportatas; Vrbes Philippi trophæis ornatas, ditatas triúphis, agros hostiũ cadaueribus stratos; maria occisorũ sãguine infecta. Illud equidẽ, illud admirabor, suspiciã, atq; pleniore ore laudabo; nihil te nec spẽ victoriæ, nec glorię famã assequedẽ, nec supremã potentiã, aut efferuescētẽ atatẽ à Deo, Deiq; cultu, religione, & pietate in omni vita vnq̃ auocare potuisse. A sublimi regalis maiestatis fastu ad humilitatem, à regijs curis,

Imperij potētia, & magnitudo.

curis, ad preces, à voluptatibus ad sacros secessus
ab adulantium turbis ad religiosorum sacrificia,
à victorijs demum ad Templum S. Laurentij Phi-
lippus se cōferebat, vt non minora ibi perpetuo
præberet egregia pietatis indicia, quàm inuictæ
semper vbiq; præclara dedit signa fortitudinis.

S. Laurentij
descriptio.

sq. hinc
am. h. hinc
obusq.

Has ille ædes præstantissimo Martyri ex voto
erexit, magnitudine amplissimas, ornamenti co-
piofissimas, augustissimas religione, celeberrimas
cum ipsius regis, tum omnium nobilium virorū,
summorūq; frequentia; vt si quod vñquam ex-
titit post homines natos, aut ædificij sumptu, aut
formæ præstantia, aut operis magnitudine cele-
bre templum, hoc vñum omnes vna voce meritò
celeberrimum esse fateantur. **B** Fuit hic illi lo-
cus in omni vita iucundissimus à regia regijq; cu-
ris secessus; à molestijs omnibus firmissimum pro
pugnaculum: regale solium virtutis, vndè, quid
quavis in re agendum esset, consulentibus respō-
deret; domesticum sacellum pietatis, vbi cū Deo
omni qua maxima poterat, animi summissione
humi prostratus sui de rebus imperij cōsultaret;
& tandem campus, in quo extremum obiturus vi-
tæ diem, non cum Barbaris, ferocibusq; gentibus
de fluxis caducisq. rebus; sed cū acerrimis huma-
ni generis hostibus de immortalitatis præmio di-
micaret. Vt non immerito Laurentius religio-
sissimus Christianæ fidei testis, tatum regem tot
exornatum virtutibus, bonis omnibus auxerit, &

Ad Domum
S. Lauren-
tij infirmus
ducitur.

tan-

tandem domi suæ obeuntem ab omni dæmonum impietate tuendum suscepit. Etenim cū summa esset senectute, ac perdita valetudine, in eam se domum iussit vel nolentibus medicis deferri; inde breui ad illam æternitatis lucem ex his tenebris mortalitatis nostræ migraturus. Par enim erat, qui ab ipso in terris, tantis fuerat honoribus affectus, quātos, haud scio, an aliquis sanctorum ab vlllo vnquam mortalium acceperit, ne vllibi nisi hīc eum è vita decedere pateretur. Quo in loco tanquam munitissima in arcē regij beneficij memor, illius è cælo aduersus dæmones acerrimus esset propugnator, cuius maiorum fuerat in terris, dum vixit gloriosissimus popularis.

Vrgente morbo quotidie vires illū deficiebant: vndique augebatur dolor: febris in dies vehementius afflictabatur. Ventū tandem ad ignem, ventum ad ferrum; nec propterea aliquid de egregia sua animi moderatione, atque constantia remissum: quid remissum? immo tam incensa Deo erat animi charitate deuinctus, vt quo maiora tormenta subiret, & grauioribus cruciatibus iactaretur; eò plures, & maiores à Deo perferendos expeteret, cuperet, optaret. O inuictā animi patientiam: O fortitudinē omnium gentium prædicatione, & litteris celebrandam. Hanc illi à Deo mentem preces præstantissimi Martyris impetrarunt, quā nullus metus infirmare, nullus cruciatus defatigare, nulla tormenta deterere

In infirmitate constantia.

rere potuerunt. Hinc in extremis periculis tanta fortitudo, in doloribus patientia, in acerrimo dæmonis conflictu, animi celsitudo, in acerbissimis mortis cruciatibus inuicta constantia. Ut enim erumpentibus vndique ventis procellarum, nimborumque turbinibus, inhorrescente mari, ex profundo Pelago excitatæ in cælum, incredibili vi summæ rupis violenter imas radices impetunt vndæ; stat illa medio fixa mari, & vbi procellis videtur oppressa spectantium oculis durior emergit, ac pulchrior immensa edita scrupulosæ cotis summitas, atque omne damnum in ipsismet resilientes vndas recidere conspiciunt vniuersi; ita regium Philippi animum præcelsa altæ virtutis proprii pectoris arce, non tam supremæ potentiæ sublimitate, quàm internis omnium virtutum ornamentis munitum in illum insurgentes vndique rerum humanarum impavidum fracti feriunt fluctus, & quò turbulentiori cupiditatis imperij, ærumnarumque tempestate iactatur, eò ille existit spectantibus omnibus, & ad obstandum firmior, & ad fortunam infringendam clarior. Obstupefcentibus magis, magisque sensibus, toto hebescente corpore, cum sentiret illud tempus aduenisse, quo Deo reddendus esset animus, plumbeum loculum, quo egregium suum debebat, ac venerandum cadauer, totius Hispaniæ thesaurus occludi, voluit sibi morienti ob oculos proponi (tantò Septimij vna ipsius

Loculus
morienti
proponitur.

Septimius
Seuerus.

iussu

iussu obeunti sibi proposita clariorem, quanto
 Christiana pietas est omni seueritate præstator)
 vt quò se Philippus magis illius contemplatione
 animo demittebat, eò altiori sede cælum secun-
 do, ac fælici cursu ingrediens exciperetur.
 Id illi peperere tot sanctorum reliquiæ ex Gallis,
 Flandris, Italis, Germanis ex toto terrarum orbe
 summo studio conquisitæ, & in sua regna non mi-
 nore sumptu, quàm religione conuectæ. Id ipsi
 ab Ecclesiarum cultu, id ei à summo illarum sem-
 per curato incremento, manauit; hoc à Deo Leu-
 cadiæ, ac Didaci preces sanctissimæ implorarunt;
 hi, hi demum sunt, Eugeni sanctissime, Primas To-
 letanæ Ecclesiæ, singularis illius erga te fructus
 pietatis yberrimi. Tuum ille sacri corporis locu-
 lum ex Gallia tanta animi pietate in Hispaniam
 deferendum curauit, quò tu tuis precibus cœle-
 stem sibi aditum morienti patefaceres. Fælix
 Philippus, & in ipsa morte beatissimus, cui cum
 Leucadia, Didacus, cui Eugeni, cui tot morien-
 ti, beati è cœlo adfuere Patroni, atque custodes;
 quot sanctorum reliquijs toto orbe collectis, & ip-
 se præcipuum cultum, honorem, laudemq; tribue-
 rat, & vt ab omnibus in omnem æternitatem tri-
 bueretur, summopere elaborauit. Iam vero ad
 te, Philippe Rex Tertie Catholice, mea nunc
 mœrens conuersa leuatur oratio: vt quem olim
 ætate minorem egregio Ioë Ochoziæ filio virtu-
 te maiorem in religionis præceptis seruandis, &

Sacrarum reliquiarum cultus.

Ad Philip-
 pum III.
 Apostrophe

4. Reg. 11.

E litte-

litterarum patrocínio suscipiendo; te, Rege patre
 presente, Compluti demonstraui; crescente
 maiestatis, & virtutis splendore, id liberè pollice-
 ri me posse confido; cunctis te semper esse mor-
 talibus, præclaris, & gloriosis actionibus demon-
 straturum. Tu nobis ex tanto patre, tantus reli-
 ctus es filius; tu legum custos; tu cultor pietatis;
 tu patris regnorum, tu virtutum successor: tibi
 nostræ relicta cura libertatis: creditus tibi cultus
 religionis, traditum tibi nostri patrocínium ho-
 noris; te pacis ornamentum, hostium Christiani
 nominis terrorem, scelerum vindicem, orbis ter-
 ræ decus, bonorum omnium acerrimum defen-
 sorem speramus. In te nostræ omnes spes ado-
 lescunt, deficiunt ærumnæ, optata complentur;
 Ut si Carolo nominis fama maiorum Imperato-
 rum celeberrimo suffectus est Philippus filius re-
 rum omnium æqualitate simillimus; multò cer-
 tius sperádum, se Philippo æquaturum, Philippo
 natum, à Philippo instructum, & his postremis re-
 gis morientis vocibus à Philippo non minus re-
 gnorum, quàm piorum horum consiliorum no-
 bis relictum hæredem. Nate Rex, nunc mihi
 future successor, cælum suspice; miseram naturæ
 conditionem, me tandem tot regnorum Regem
 morientem intuere; Regiam respice personæ ma-
 iestatem, iam putre futurum cadaver: mortalem
 te nõ minus, quàm regem agnosce; Deum time,
 religionem cole: Catholicam Romanam Eccle-
 siam

Verba ad fi-
 lium habita.

siam defende, hac duce reges, hac duce vinctes.
 huc regni vires, huc regni opes, neruosque con-
 uerte. Hæ tuæ, Philippe defuncte, postrema
 morientis voces: hæc spirantis consilia: hæ demū
 relictæ vltimæ filio cœlestes adorationes. Qua-
 rum pietate commotus Clemens Octauus Pont.
 Max. dum laudaret Philippum affirmavit, mor-
 talium neminem; vnos tantum illos beatos, ac
 cœlestes animos posse cum defuncto Philippo,
 aut Cattholicæ religionis defendendę studio, aut
 supremi numinis, & Cattholicæ Romanæ Eccle-
 siæ reuerentia, & pietate comparari. Stat tamen
 certa lege sancitum, vt omnia mortis vi deuicta
 succumbat, animata pereât, creata dissoluantur,
 regna, opes, potentia, nobilitas, quorum ampli-
 tudini angustus videtur orbis, in nihilum penè à
 morte redacta, exiguo terræ spatio terminentur.
 O miseram mortalium conditionem, fragilemq;
 naturam, si fastus, fasces, sceptra, arma, ingenium
 virtus, industria, labor, fortuna, vires, imperium,
 honor, victoria, plausus, triumphus, vnico mortis
 flatu consumuntur; ò curas inanes, ò vanas cogi-
 tationes, ò spes mortalium fallaces; quæ humane
 menti omnino videntur contraria, eodem morte
 termino coniuguntur; dignitas, humilitas, copię,
 tenuitas; splendor, obscuritas; luctus, fœlicitas; de-
 ditia, ærumnæ: eademq; demum, quę cuncta com-
 posuit, natura dissoluit. At si vitalem auram mors
 eripit, non adimit nomen immortale; viget post

Laudatur à
Clem. VIII

Mortis im-
perium.

Glorię æter-
nitas im-
mortalis.

mortem de virtute fama, cuius beneficio præ-
 stantissimorum hominum vita breuissimis cir-
 cumscripta finibus, ad infinitam memoriam pro-
 pagatur. Vna triumphat gloriæ æternitas im-
 mortalis, cui nec mors officit, nec quicquam de-
 trahit temporum diuturnitas. Obijt Philippus,
 sed viuit, qui ita vixit, vt nihilei mors, quæ mul-
 torum nomina cum imperij magnitudine extin-
 guit, ademisse videatur; illius viuet in hominū
 memoria virtus, quandiu gloriæ vigebit immor-
 talitas. Proprium æternæ immensæq; tuæ Rex
 regum Christe, diuinæ misericordiæ est, à nostra
 infirmitate naturæ infima hic exhibita tibi pie-
 tatis officia, superna tua clementia, ad æterni-
 tatis meritum extollere, caducis nostris labori-
 bus perpetua præmia diuinitus deferre, morta-
 lium denique ærumnas, cœlestibus æternæ vitæ
 gaudijs compensare. Securus igitur iam, non de
 tua salute sollicitus ad cœlum Philippe accedas;
 nulla te mortuum iudicis torquet seueritas; cū
 viuum te nulla vnquam sceleris delectarit iniqui-
 tas: qui in omni vita Christum coluisti; quem in
 omni actione semper implorasti; cui omnia impe-
 rij munia credidisti; cuius tu perpetuo religio-
 nem conseruasti; ex quo semper auxilium habui-
 sti. Hi sunt bene transactæ vitæ, æternæ gloriæ
 fructus; hæc æterna luce dignæ vigiliæ; perpetuum
 hoc mortis, stabile hoc præmium virtutis; tuis
 iam cœlestis debita corona virtutibus, non hic
 gem-

Diuine ele-
 mentia mi-
 sericordia.

gemmarum, terris consecratur; à iusto tibi datur
iudice æterna merces; piæ tuæ Christianæ actio-
nes immortales exitus consequentur; hoc demum
æternum moriendi lucrum colligitur, cui vsque
ad mortem vita Christus extitit. At si natura
comparatum est, nostrorum æqualium nos mor-
te torqueri, quibus obeuntibus magnum detri-
mentum rebus ipsorum priuatis, solitudo qua-
dam familiaribus afferatur; quid mirandum si ma-
gnam cuncti, & intolerandum ex Philippi mor-
te capiant dolorem dum tanti Regis iacturam
Christiana respublica sentit vniuersa? Iure fre-
quentissimo conuentu publico luctu, atrato pa-
riete, lugubri veste, mæsto cantu, profluentibus
lachrymarum fluuijs defuncto Regi parentatur,
ei que multiplici nomine debita exequiarum iu-
sta persoluuntur. Mœrent ciuitates; plorant
prouinciæ; ingemiscunt regna; implentur lachry-
mis viæ; compita omnium eiulatibus personant;
omnis ætas, omnis sexus, tanti regis præsidio or-
batus languescit, & mœret. Acerbum omnes sen-
tiant dolorem necesse est; omnium omnes calami-
tates deplorēt; leuamen lachrymis oēs procurēt
oportet, si ob cõem iacturam in singulorum hominum
ærumnis mœrent vniuersi. Lachrymatur religio-
sæ vitæ testatores, quos ille sæper in oculis ferens
summa diligētia, & studio protexit. Lugent pau-
peres, cum illius careant subsidio, cuius, diuitiarum
thesauri eorum inopiæ, ac nuditati incredibili beni-

Philip. 2.

Deploratio
mortui Re-
gis.

gnitate patuerunt. Lamentantur pupilli, ac viduæ, quibus perijt studiosissimus in aduersa fortuna defensor, & paratum in omni calamitate perfugium. Horribili deplorant clamore milites, quorum animis regia illa occidente dextera omnis videtur fortitudo, rei militaris scientia atque consilium excidisse. Nullus lugendi finis est summis nobilibus viris, nullus ei addictis, & obsequentibus, in illius ad superos discessu, cuius accessu tanquam Sole cœlum nostræ nobilitatis, & obsequij splendor vbique clarior enitebat. Meritò vndique eiulantium voces, pij demum vndiq; deplorantium gemitus, debitus ab omnibus Philippo vndique mœrentium planctus, debitus Luctus, debitus squalor, debitus mœror, si moriente Philippo, omnibus occidit cuiusuis essent conditionis, & ordinis, regium in miseria leuamen, munificentissimū in labore premium, optatum denique in egestate solatium. Meritò si quæ regi vndique debitæ mortalium oculis lachrymæ, quid aliud præstare potest, aut debet, religiosorum pietas, quàm flebiles preces? quid pauperum solitudo, quàm fletus? quid pupillorum, & viduarum orbitas, quàm eiulatus? quid militum voces, quàm planctus? quid Principum splendor, quàm luctus? quid addictorum aut obsequentium iactura, quàm gemitus? quid denique terrarum orbis, quàm lachrymas, gemitus, preces, planctus, fletus, eiulatus, luctus? Non vultum mor-

tuum lugeamus, quasi mors ei alicui fuerit detrimento; sed vt noster declaretur dolor, declaretur pietas, declaretur mœror, orbitas declaretur. Nos miseri nostrum damnum, nostrum malum, nostra ruina, nostra miseria, nostra iactura; quibus ipso pereunte perijt defensor, perijt dignitas, præsidium perijt, perijt fortitudo, perijt benignitas, perijt munificentia: nostra demum bona omnia pariter cum eo perierunt. Viuit ille: & quandiù religio, pietas, iustitia, grauitas, prudentia, humanitas, constantia, liberalitas mortalium animis infixæ penitus inhærebunt; tandiù in omnium ore nullis terrarum spatijs terminata fama viuet, viuet Philippi virtus, viuet, & gloria.

FINIS.



ROMÆ,

Apud Nicolaum Mutium. M. D. IC.

DNT



16477

tum lugentur, quasi mors ei alieni fuerit deus.
 in tanto, sed ut non esset delectatur delectatur
 pietas, delectatur in deo, orbitas delectatur.
 Nos miserum nostrum dantur, nostrum malum,
 nostrum minus, nostra miseria, nostra iactura; qui
 passio peruenit per se delectatur, per se digni-
 tas per se delectatur, per se fortitudo, per se be-
 nignitas, per se mansuetudo: nostra deum do-
 na omnia pariter cum eo peruenit. Vnde ille: &
 quod in religio pietas, iustitia, gratia, proba-
 tis, humanitas, constantia, libertas mortalium
 admittit in se delectatur, tantum in om-
 nium ore nullis terrarum spatij terminatibus
 auct, auct Philippus virtus, auct, & gloria.

FINIS.




R O M A E
 Apud Nicolaum Klammum. M. D. IC.


1677



1677

UNIVERSITA' di TORINO
BIBLIOTECA PATETTA





Ms. 2318.



UNIVERSITA' di TORINO
BIBLIOTECA PATETTA